CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM

AVGVSTINI BEROII BONONIEN. I. C. PRAESTANTISSIMI

Volumen Secundum,

VLTIMARVM VOLVNTATVM, SVCCESSIONVM, & Legitimationum materias diſtinctè continens,

HAC POSTREMA EDITIONE AB INNVMERIS erroribus repurgatum.

Cum Summarijs, & Indice rerum, ac verborum locupletiſſimo.

VENETIIS,
Apud Franciſcum Zilettum.

MDLXXVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

AVGVSTINI BEROII IVRISCONSVLTI BONONIENSIS CONSILIORVM

Volumen Secundum.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium peritioris & iniquum, & iniuſtum ſequens excuſatur.*
2 *Et in quibus perſonis maximè hoc verum ſit.*
3 *Excuſatur ab expenſis, qui pro ſe vnius doctoris opinionẽ habet.*
4 *Grauato ex conſilio ſapientis quomodo ſuccurratur.*
5 *Protocollum quod eſſe dicatur, & in quo differat ab extenſo in libro rogationum.*
Originale quod eſſe dicatur, & num. 31. & 64.
6 *Protocollo, ſiue matrici ſcripturæ magis ſtatur, quam ſcripturæ ex eo aſſumptæ, & inſtrumento in publicam formam redacto, vbicunque inter hæc aliqua extat differentia.*
7 *Exempla propriè dicuntur omnes ſcripturæ ex protocollo, ſiue ex originali matrice aſſumptæ.*
8 *Inſtrumento dato parti, & libro notarij inter ſe differentibus, ſtã dum eſt libro notarij.*
9 *At protocollo, & libro notarij differentibus, ſtatur protocollo, & originali ſcripturæ etiam cancellatæ.*
10 *Niſi ita eſſet abraſa, & cancellata, vt legi non poſſet, tunc enim libro ſtandum eſt.*
11 *Scriptura notarij non poteſt dici originalis, neque fidem facit, quæ non habet diem, menſem, annum, teſtes deſcriptos, notarij ſubſcriptionem, & illa verba actum, ſeu publicatum &c.*
12 *Inſtrumentum publicum ex ſcriptura imperfecta aſſumi nõ põt.*
13 *Teſtamenti ſcriptura manu teſtatoris ſcripta etiam inter liberos nõ valet, nec probat, vt teſtamẽtum, niſi lecta, & publicata ſit: & niſi nomen Papæ, & dies fuerint in ea appoſita num. 76.*
14 *Contractus imperfectus dicitur, qui non fuit lectus, nec publicatus partibus.*
15 *Teſtatoris voluntas, vt lex ſeruanda.*
16 *In teſtamento manu teſtatoris ſcripto omnis falſitatis ſuſpitio tollitur: declaratur infra nu. 62.*
17 *Teſtatoris voluntas ex inſtrumento teſtamenti formiter deſcripto oſtenditur, & nu. 61.*
18 *Ex inſtrumento tres oriuntur præſumptiones.*
19 *Teſtatoris voluntas ex teſtamẽto etiam inualido, minusque ſolenni colligitur.*
20 *Notariorũ ſtilus, & mos in conficiendis, deſcribendis, & cuſtodiẽdis cõtractibus, & ſcripturis, & cui ſcripturæ ſtetur, & nu. 64.*
21 *Inſtrumenti fides ſi vacillet, quò recurrendum ſit, & nu. 65.*
22 *Originale, & protocollum penes notarium debet remanere, & id quod eſt penes ipſum, originale eſſe præſumitur, & nu. 62.*
23 *Notarius, qui in protocollo errauit in omittendo ſolennia in inſtrumento requiſita, poteſt, & debet illa ex proprio officio apponere. Contra nu. 70. Quod declaratur nu. 71.*
24 *Teſtamentum ſemper valere præſumendum eſt, niſi contrarium probetur, & niſi de vitio viſibili conſtet num. 72. & 74.*
25 *Teſtamentum manu teſtatoris ſcriptum cũ teſtibus valet: Quod declaratur num. 75.*
26 *Teſtamentum cum quinque teſtibus propter clauſulam codicillarẽ in eo appoſitam valet iure codicillorum.*
27 *In teſtamento ad pias cauſas ſola iurigentiũ ſolẽnitas ſeruatur.*
28 *Scriptura manu diuerſorum ſcripta ſuſpecta ſit, ſi notarius de ſcriptorum diuerſitate mentionem non faciat.*
29 *Protocollum manu notarij rogati, & non alterius omnino ſcribẽdum eſt & num. 33.*
30 *Imbreuiatura notarij quando, & quomodo fidem faciat.*
32 *Teſtatoris voluntas, quæ per teſtes, & aliquam ſcripturam probari poteſt, perire non debet, quamuis ſcriptura fuerit inualida, quando teſtator nuncupatiuè teſtari voluit: Niſi eſſet vitium in protocollo, quod extaret.*
33 *Niſiq; alia ſolennia, & requiſita deficiant.*
34 *Omiſſio ſolennium teſtamenti facta imperitia, & ſimplicitate notarij actum vitiat.*
35 *Maximè in iis, quæ ad iuris rigorem conſeruandum ſunt inducta.*
36 *Scriptura propter repugnantiam, & incertitudinem vitiatur.*
37 *Cancellatio quando præiudicet fidei inſtrumenti in reliquis non cãcellatis, & quando non.*
38 *Notarius quando de cancellatione per ipſum facta in inſtrumento atteſtationem facere poſſit.*
39 *Vltima voluntas nulla valet, ſi teſtes pauciores quã, interueniãt.*
40 *Teſtium nomina in teſtamentis, & inſtrumentis quomodo, & cũ quibus qualitatibus deſcribenda ſint.*
41 *Perſona cũ duabus demõſtrationibus exprimi, & certificari dẽt.*
42 *Notarius, & teſtes de ſolennitate teſtamenti à teſtatore rogati eſſe debent & nu. 44.*
43 *Debent etiam ipſi teſtatorem tempore, quo fit teſtũ, cognoſcere, & hoc in teſtõ ſcribendum eſt, vel ſaltem dici debet in teſtamento, aut notarium, aut teſtes illum cognouiſſe.*
44 *Teſtes rogati, & adhibiti eſſe debent de ſolẽnitate teſtamẽti, alioquin teſtamentum non valet.*
45 *Notarius an, & quãdo ſolennitatem ab eo per errorem omiſſam poſſit ex proprio officio ſupplere, & nu. 47.*
46 *Inſtrumentum, ſeu teſtamentum, in quo ex defectu, & culpa notarij ſolennia deficiant, præſumitur falſum.*
48 *Teſtes, & notarius an, & quũ præſumãtur rogati ex eo, quod in protocollo, & teſtamento deſcripti ſunt, & ſe deſcribi paſſi fuerunt.*
49 *Teſtũ & inter liberos nõ valet, ſi in eo nõ ſit ſcriptum, actũ & publicatũ &c. quamuis teſtium nomina deſcripta ſint, & nu. 51.*
50 *Ex ſcriptura cancellata, & interlineata argũ aſſumi non debet.*
51 *Teſtamentum etiam inter liberos, omneq; aliud inſtrumentum debet apparere eſſe lectum, & publicatum ad hoc, vt valeat.*
52 *Teſtamenti & inter liberos ſcriptura diem, & conſulem requirit.*
53 *De inſtrumenti eſſentia eſt appoſitio diei, & conſulis, ſiue eius loco nominis Imperatoris, aut Papæ.*
54 *Inſtrumentum ad hoc, vt valeat, fidemq; faciat, à notario legitimè creato confectum, & ſcriptum eſſe debet.*
55 *Notariatus priuilegio non gaudet etiam deſcriptus in matricula notariorum, niſi notariatus officium exercere ſolitus ſit.*
56 *Forma in teſtamentis omnino obſeruanda.*
57 *Negatiua mera de per ſe dicitur de iure probata, & fundata*
58 *Alex. in conſ. 14. in 6. volu. declaratur.*
59 *Teſtamentum nullum ratione ſolennitatis omiſſæ, aut alia cauſa nullam tribuit actionem, nec petitionem.*
60 *Voluntas teſtatoris ex teſtamento non lecto, nec publicato nõ valet, vt teſtamentum, neque ex ea quicquam peti poteſt.*
62 *Originalia penes quem debeant remanere.*
64 *Protocolla, & prima originalis ſcriptura ꝓpriè, & verè q̃ ſint.*
65 *Socz. in conſ. 277. lib. 2. declaratur.*
66 *Notariorum ſtilus, & conſuetudo non eſt lacerare, & cancellare primam ſcripturam, ſeu imbreuiaturam, poſtquam illius tenorẽ in libro extenderunt.*
67 *Nec poſſũt impune prima originalia, & ſua protocolla lacerare,*
68 *Sed debent ea penes ſe retinere, & cuſtodire.*
69 *Et ſi lacerauerint, quandoq; poſſunt ob hoc torqueri.*
71 *Teſtamentum, in quo à notario fuerunt omiſſa ſolennĩa, quæ ex ſuo officio apponi debebant, cenſetur falſum.*
72 *Teſtũ in dubio pſumit valere, niſi de vitio viſibili cõſtet, & n. 74.*

A 2 clauſula

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

77 *Clauſula codicillaris non operatur, vt teſtamentū inualidum valeat tanquam vltima voluntas, niſi illud teſtamentum fuerit lectum, & publicatum, & in eo fuerint deſcripti teſtes cū expreſſionibus requiſitis, quodq; in eo ſit ſcriptum teſtes, ſeu notarium cognouiſſe teſtatorem.*

78 *Teſtamentum, in quo multa fuerunt ad pias cauſas legata, valet quoad pia legata, et non quoad alia, ſi in eo ſola iuriſgentium, & non iuris poſitiui ſolennitas ſeruata ſit.*

79 *Nec quoad legata valebit, ſi in teſtō non fuerint deſcripti teſtes cū ſuis nominibus proprijs, & cū demonſtrationibus requiſitis,*

80 *Et niſi dies, & nomen Papæ in illo adſint.*

81 *Niſiq; teſtamentum fuerit lectum, & publicatum.*

82 *Remedium l. fi. C. de edict. diui. Adria. tollen. & ſtatuti transferentis ipſo iure poſſeſſionem in hæredes abſque alia apprehenſione dicitur merè poſſeſſorium.*

Et qua poſſeſſio per vtrunq; remedium acquiratur.

83 *Poſſeſſio ex ſtatuto transferente ipſo iure poſſeſſionem abſq; apprehenſione acquiſita dicitur ciuiliſſima.*

84 *Item & artificioſa.*

85 *Eſtq; debilior vera poſſeſſione.*

86 *Neque tribuit poſſeſſorium recuperanda.*

87 *Hæres, cui poſſeſſio ex ſtatuto ipſo iure acquiritur, intentat etiam remedium l. fi. C. de edict. diui. Adr. toll. & alia poſſeſſoria adipiſcendæ ad veram, & efficacem poſſeſſionem acquirendam.*

88 *Poſſeſſio in hæredem per ſtatutum ipſo iure in illum transferent poſſeſſionem non dicitur continuata, ſi ea mortuo poſſeſſore ſtatim per alium fuiſſet apprehenſa.*

89 *Et an apprehenſio corporalis, vel ſaltem animus in ea acquirenda requiratur.*

90 *Hæres ſcriptus in teſtō ad hoc, vt vigore ſtatuti, ſiue remedij d. l. fi. C. de edict. diui. Adr. toll. poſſit in poſſeſſionem immitti, debet coram iudice originale teſtamenti, & protocollum producere, ſi aduerſarius petat, non autem inſtrumentum publicum, aut exemplum, aliàs ſi non producat, non eſt immiſſio concedenda.*

91 *Et teſtamentum debet omni vitio viſibili carere.*

92 *Laudum, & compromiſſum factum pro abſente cum promiſſione rati, illi abſenti non præiudicat, niſi conſenſerit, & ratificauerit: Nec ex eo aliquod ius in præiudicium non conſentientis alicui tribuitur.*

93 *Laudi efficacia, & executio ſuſpenditur per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri*

E P I T O M E.

TESTAMENTVM non valere, nec ex eo immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditariorū poſſe cōcedi demonſtratur, qn protocollum, ſeu primæua, & originalis ſcriptura teſtī ſubſtātialia & ſolēnia requiſita non habeat, ſitq; in ſubſtantialibus cancellata, cū extēſo diſcordet, & multos defectus de quibus hic fit mentio, patiat, quāuis in libro rogationū, & extenſorū ipſius notarij rogati, & teſtō per eum in publicā formam redacto, & parti tradito omnia ſubſtantialia, & ſolennia requiſita appareant.

CONSILIVM PRIMVM.

Dei Opt. Max. auxilio inuocato

IN PRAESENTI cā, in qua Illuſtris Comes Guido Rangonus ſapientis cōſilio ſuū protulit laudū, eſſent q̄ plura examinanda, & diſcutienda, quæ corā varijs iudicibus, & pſonis fuerūt agitata: ſed ſtudens breuitati, quoad poſſim, ſuper ijs tm̄, quę rem, cāmq; cōtinent, fore inſiſtēdū exiſtimaui & ijs præcipuè, q̄ depēdent à cōſilio, ſm̄ qđ à præfato Comite lanctū latū fuit qui quidem Illuſtris Comes quamuis dicto cōſilio reiecto, & neglecto potuiſſet laudare, cum ex poteſtate ſibi cōceſſa à partibus illū elegerit, cuius cōſilio laudare potuit, quemadmodum in cōpromiſſo cōtinetur, per ea, quæ latè tradit Bar. in l. 1. § ſi plures. ff. de exerc. cum ſim. ibi poſitis per Alex. & alios & in c. cum olim. vbi Ant. extra de arb. & Rom. in rub. de arbi. col. 13. cum alijs pluribus, quæ poſſent allegari.

1 † In ipſo cæterum ſatis excuſatus ex eo, quod conſilio ſapientis, & doctoris actu legentis ſuum protulit laudū, & ſi malè & iniuſtè, hoc potius eſt imputandū conſultori, qui negotiū non benè diſcuſſit, q̄ prædicto Illuſtri Comiti, qui princeps eſt optimus, atq; iuſtiſſimus, argumento eorū, quæ dicit Bar. in l. in bonorum. ff. de bo. poſſ. ti. generali, q̄ ille q peritiorem cōſuluit, eiuſq; conſilium ſequitur, excuſatur, quamuis inique, & iniuſtè fecerit, & illius cōſiliū ſequi nō teneatur, vt l. Titiū, & Mœuiū in prin. ff. de admin. tut. Nam ei credēdo, & ſuum conſilium ſequendo excuſatur, quia credendi, & conſequenter erroris

2 quoque iuſtam cauſam habet: † Quod maximè verū eſt in perſonis, quæ per ſe non debent ſcire, vt ſunt milites, & huiuſmodi, arg. l. fi. in prin. C. de iure delib. p tex. in d. l. in bonorum, & l. 1. regula. ff. de iuris, & facti

3 ignoran. Et † dicit Petrus de Anc. in cle. ne Romani in prin. de elect. quod habēs pro ſe opinionē vnius doctoris excuſatur ab expenſis, quia dr̄ iuſtam habuiſſe cām litigandi: & Bal. in l. iuris. C. qui admitti, veluti et refert Alex. in d. l. in bonorū. inquit, q̄ notarius, q teſtm̄, ſiue inſtrm̄ debet facere ſm̄ conſilium ſapientis, ſi aliqua nō apponenda de cōſilio ſapientis appoſuit, non tenetur de falſo, quia credendo ſapienti excuſatur: & Vicarij Caſtrorum, qui nō tenentur eſſe periti, ſi malum ſapientis conſilium ſequantur, non tenenē in ſindicatu, vt dicit Alex. in apoſtil. ad Bar. in d. l. 1. §. ſi plures. Excuſandus eſt ergo Illuſtris Comes ſi ſequendo malū cōſiliū peritioris errauit, quia non illi, ſed cō-

4 ſultori eſt imputādū, † & ideo ei, qui ex tali cōſilio fuit grauatus, ſuccurſum eſt, vel aduerſus cōſultorem, q debuit, prout tenetur fideliter p̄ vtraq; parte cōſulere. c. non ſanè 14. q. 5. l. nemo de aſſeſſoribus. ſm̄ q̄ plenè refert, & ponit Spe. in tit. de requiſit. conſi. in §. vnico, & habetur in rub. ff. de arbi. per Rom. vel per viam reductionis ad arbitrium boni viri, vel per viam appellationis. ſm̄ q̄ habetur per Bart. in d. l. 1. §. ſi plures, & maximè, qn̄ recurritur ad conſilium ſapientis nō ex neceſſitate à lege, vel ſtatuto impoſita, ſed ex conuentione, & conſenſu partium. vt ibi per Bar. & alios & p Ro. in conſi. 228. & Io. de Im. in conſi. 130. ¶ Principalis itaque dubitatio ſuper qua inſiſtendū eſt, in eo vertitur, Vtrum teſtū, quoad aſſeritur factum à Gaſpare, ſit de iure firmum, & validum, adeo q̄ ex eo D. Eleanoria hr̄s in illo inſtituta poſſit ſuccedere, excluſis dominis Hieronymo, & Nicolao patruis dicti Gaſparis volētibus, & petētib9 ſuccedere abinteſtato, put fuit p Illuſtrē Comitē laudatū. Ad cuius dubij deciſionē ante q̄ veniā, præmitto, q̄ in effectu quatuor teſtī ſcripturę reperiuntur, vna, vt dr̄ ſcripta manu Gaſparis teſtatoris reperta in quadā capſula ipſius ſine die, menſe, anno, conſule, indictione, & loci appoſitione, item abſq; teſtibus deſcriptis, nec n̄ ſine ſubſcriptione alicuius pſonæ publicæ, ſiue priuatæ, ſed ſolū cū nominis Chri appoſitione in principio eiuſdē. Alia, & ſecūda reperit ſcriptura eiuſdemmet tenoris in effectu ſcripta, vt dr̄ manu alterius, quā teſtatoris, quæ in ſui principio hēt nomē Chriſti, annū videlicet 1522. & diem nonū Auguſti, annum tm̄, & diem cācellatum, ſeu interlinū, & in fine poſt inſtōnē hæredis, & poſt clauſulā codicillarē immediatè ſunt deſcripta locus, & noīa teſtiū, & q̄ teſtes fuerūt à teſtatore rogati per hæc verba videlicet, Actum Nutinæ in eccleſia &c. pſentibus teſtibus vocatis, & rogatis &c. cū expreſſione nominū teſtiū, prout in dicta ſcriptura apparet: hęc tamē omnia ſunt

corrupta,

mento cõtinetur, ergo nec vt ultima uoluntas, nec in uim pacti ualere debet, quoniam non fuit ſimpliciter fideicommiſſo renunciatum, ſed vt certo modo ſuccedatur, vt in l. hæreditas cum ibi not. C. de pactis conuen. Alex. Barto. & alij in l. ſtipulatio hoc modo ff. de uerb. oblig. & in l. fi. C. de pactis cum ſimilibus.
40 ¶ Vltimo † tranſactio facta, & fundata fuit ſuper lite præſenti, & futura occaſione legitimationis factę de Ludouico inter ipſum D. Ludouicum, & dictos fratres de Felicinis, & ſic ſuper certa cauſa, quæ nulla eſt, & ad non cauſam reducitur, ergo cauſa falſa exiſtente reſcindi debet, vt per totum ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſequu. & in ſpecie in terminis noſtris, quando tranſactio fundata eſt ſuper lite mota, aut futura, ꝙ non ualeat, quando nulla eſt, nec ſperatur eſſe ex cauſa de pterito, uoluit Alex. in conſ. 11. uol. 2. qui plures allegat, & ita concludit, & probatur ex diffinitione tranſactionis, de qua habetur per Azon. in ſumma C. de tranſ. l. 1. ff. eod. tit. & in l. 2. C. eod. & plenè per Dec. in conſi. 532. & in
41 conſi. 475. nam † ceſſante cauſa finali contractus ceſſat contractus, vt ibi. & Bal. in l. nec apud. C. de hære.
42 inſtit. & † in dubio illa cauſa, quæ principaliter fuit expreſſa, & conſiderata, cenſetur finalis, vt in l. 1. in prin. ff. ad Macedon. ibique Bar. l. fi. ff. de hær. inſt. l. regula §. & liceat. ff. de iuris, & fac. igno. & Dec. in con
43 ſilio 600. & † ex quo cauſa expreſſa in tranſactione concernit conſanguinitatem, & illius conſeruationem, & quantitas remiſſa eſt magna, cauſa dicitur finalis, & talis, ꝙ præſumitur, ꝙ ſi contrahentes ſciuiſſent cauſam eſſe falſam, non contraxiſſent, Barb. in conſi. 27. lib. 1. & colligitur ex not. per Barto. in l. demonſt. §. quod autem in pen. col. ff. de cond. & demon. idemque uolunt Barto. Bald. & Ang. in l. cum quam C. de fideicom. & hæc in contractibus etiam locum habere uidentur ad tradita per Bart. in d. §. quod autem in 6. q. Sed inter præfatos dominos trãſigentes ratione dictæ legitimationis non erat, nec eſſe poterat lis, nec quæſtio, propterea quia de legitimatione non erat diſputandum inter ipſos contrahentes in uita D. Ludouici, ſed ſolum poſt illius mortem inter Ludouicum legitimatum, & dictos fratres de Felicinis, ergo tranſactio tanquam in ſui ſubſtantia defectiua nulla fuit per ea, quæ habentur per Alex. in dicto conſi. 11. & per Bartol. & Ioan. de Imol. in l. de pupillo §. ſi in pluribus in 2. col. ff. de noui oper. nuncia. & glo. fina. in l. emptor §. Lucius. ff. de pactis. Et hæc pro informatione iurium nobilium dominorum fratrum de Felicinis nunc dicta ſufficiant. Laus Deo.

Conſiliorum Clariſſimi, & eximij Iureconſulti Auguſtini Beroij Bononienſis, volumen ſecundum explicit.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD.

Omnes ſunt Quaterniones, præter DDD qui eſt Ternio.

VENETIIS,
Apud Franciſcum Zilettum.
M. D. LXXVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA